82 Doƈtores, & ad quos in eleƈtionibus deuo-
lutio fiat, & quemadmodum intelligatur
vide Abbatem *in c. cùm in cunƈtis §. fi. de ele-*
ƈtione. Doƈtores *in c. quanquam de eleƈtione*
in 6. Rebuff. *in tit. de deuolutio. n.*17. & idem
in repetitione cap.2. de conceſſio. præbend. circa fi.
verſ. quartò quæritur. & in concordat. tit. de colla-
tioni. §. ſi quis verò. verb. immediatum. Paul.
de Citadi. *6. p. art. 3. quæſt. 26. num.*4. Petr.
Gregor. *de benef. cap.* 39. *num.*21. Zerola 1. *p.*
verbo beneficia §. 2. 2. *fall.* Cechus *de benef. c.*5.
*num.*5. Azor. *vbi proximè*, quos vide. & quem-
admodum deuolutio fiat, tam de capitulo
83 ad Epiſcopum, quàm de Epiſcopo ad capi-
tulum, & in quibus caſibus, vide Nicol.
Garc. *de benef.* 10. *p. c.* 3. *n.* 33. *cum ſeqq.*
84 Sed ſtat difficultas, an in collatione Paro-
chialium facta iure deuolutiuo forma exa-
minis, quæ coram inferiori requiritur; ſer-
uari debeat, in quo videtur dicendum, non
requiri, imò dumtaxat locum habeat, quan-
do iure ordinario Parochialis confertur, vel
inſtituitur, ex his quæ dicit Nicol. Garc. *de*
85 *benef.* 5. *p. cap.* 9. *num.*222. quod in doƈtorali-
bus, & magiſtratibus præbendis deuolutis
ad ſuperiorem, ob non eorum factam ele-
ƈtionem intra ſex menſes à iure ſtatutas, non
requiritur forma concurſus, quia hæc dum-
taxat appoſita videtur Epiſcopo, & capitu-
lo. Sed nihilominus contrarium verius eſt
de iure, tum quia (vt ſuprà diximus) ad prin.
deuolutio fit cum omnibus ſuis qualitati-
86 bus, quæ à principio inerant beneficio, &
ad ſuperiorem deuoluitur cum eiſdem qua-
87 litatibus, cum quibus inferior prouidere te-
nebatur, Gutierr. *conſ.* 2. *n.* 15. Achill. *deciſ.*13.
de iur. patro. Hieronym. Gonz. *in regul. de men.*
*gl.*46. *num.*33. quia natura beneficij mutari
non debet, Cephal. *conſ.* 358. *num.* 8. *colu.* 3.
88 Gabri. *conſ.* 185. *num.* 2. *volu.* 2. & ſuperior, ad
quem eſt deuolutum, debet prouidere ha-
benti qualitates à fundatore requiſitas, vt
plures referens tradit Perez de Lara *de anni.*
*& capell. c.*10. *n.*27.
89 Et in terminis ita cenſuit Sancta congre-
gatio Concilij 29. Iunij anno 1600. quæ eſt
deciſio 261. inter nouiſſimas recollectas per
Farina. 4. *p.* in hæc verba; Congregatio con-
cilij cenſuit, in collatione Parochialium,
quæ iure deuolutiuo conferuntur, ſeruan-
dam eſſe formam examinis per concurſum,
quia patronus non læditur. Et quia ſublato
obſtaculo præſentationis, & iuris patroni
illa vice excluſi, res cedit ad ordinarij pote-
90 ſtatem.) Hactenus de deciſione, quę eſt pon-
deranda, vt loquatur etiam in Parochiali-
bus iuris patronatus laicorum, in quibus
S. Concilium Tridentinum non habet lo-
cum concurſus, quando prouidentur ad eo-
rum præſentationem per ordinarium. & ſic
euidenter conuincitur Garcia *vbi proximè*, 91
quia etiam vbi non requiritur examen per
concurſum ex aliquo impedimento, prout
in terminis dictæ deciſionis, coram inferio-
ri, requiritur coram ſuperiori, ad quem pro-
uiſio deuoluitur,

CAPVT XII.

A ſententia lata in remedio adipiſcendæ ex l. fin. C. de edicto D. Adriani, aliíſve quibuſvis poſſeſſoriis remediis: an, & quando iudex Eccleſiaſticus vim faciat, appellationi non deferens. & quid à ſententia continente mixturam.

SVMMARIVM.

*Poſſeſſorium iudicum duplex eſt, aliud ſummarium ſeu ſummariſſimum, aliud ordinarium ſeu plenarium. n.*1.

*Poſſeſſorium ſummarium eſt præparatorium iudicio ordinario poſſeſſorio. n.*2.

*Poſſeſſorium ſummarium, cùm ſit momentaneum aptitudine, exigit ſummariam cognitionem, non libellum, litis conteſtationem, concluſionem, aut diffinitiuam ſententiam, n.*3.

Poſſeſſorij ſummarij natura, & effectus, quando proponatur, & quod duret. ibidem. breuiter tamen.

*Poſſeſſorij ſummarij ad materiam qui ſint videndi. n.*4. *&* 8.

*Poſſeſſorio ſummariſſimo, quod eſt iudicis officium, nullus requiritur ordo iudicialis. n.*5.

Quod procedit in ſummariſſimo recuperandæ, adipiſcendæ, aut retinendæ poſſeſſionis, ibi. & n. ſeqq.

*Poſſeſſoria omnia remedia ordinaria habent remedium ſummariſſimum ex iudicis officio. num.*9.

*Poſſeſſorium ordinarium quando locum habeat, & in eo quomodo procedatur, & de eius effectibus & natura breuiter explanatur. n.*10.

*Poſſeſſorium ſummariſſimum ab ordinario & plenario quantum diſtet, & quæ in vtroque requirantur, n.*11. *&* 12. *remiſſiuè.*

*Poſſeſſorium remedium ex l. fi. C. de edicto diui Adri. ſummariſſimè proceditur. n.*13.

*Quod intelligitur reſpectu omnium perſonarum, quæ eo remedio potiri poſſunt. n.*14.

*Carboniani edicti remedio proceditur ſummariè. num.*15.

*Poſſeſſorium adipiſcendæ intentatum à muliere ventris nomine ſummariè tractatur. n.*16.

*Poſſeſſorium remedium ex Saluiano interdicto ſummariè agitur. n.*17.

*Poſſeſſoria remedia ſemiplenam probationem requirere tantùm, qui defendant. n.*18.

*Poſſeſſoria remedia plenariam & legitimam probationem requirere, qui defendant. n.*19.

*Poſſeſſorium ſummarium ſeu ſummariſſimum requirit ſemiplenam & leuem probationem. num.*20.

*Poſſeſſoria adipiſcendæ, aut Saluiani, & l. fin. C. de edicto diui Adri. licèt quoad ordinem procedatur ſummariè, plenam tamen requirunt probationem. n.*21.

*Hæres ad hoc vt ex teſtamento militi in poſſeſſionem mittatur, requiritur plena probatio. n.*22.

*Poſſeſſorium iudicium licèt requirat plenam & perfectam probationem, non deſinit eſſe ſummarium. n.*23.

Summarium quando eſt iudicium, ſeu executiuum, omnes eius articuli ſunt ſummariſſimi, ſeu executiui, & pariter procedendum eſt. num 34.

*Guarentigiato inſtrumento ſi ſit procedendum ſummariè, pariter erit procedendum ſummariè in hypothecaria mota ratione debiti. n.*35.

*Argumentum non eſt bonum; in iudicio ſummario requiritur plura probatio, ergo iudicium efficitur plenarium, vt contra Sarmiento. num.*26.

*Appellatio non admittitur à ſententia lata ſuper iudicio merè poſſeſſorio adipiſcendæ, retinendæ, aut recuperandæ iure ciuili. n.*27.

*Poſſeſſorij meri ſententia affert modicum præiudicium, cuius grauamen reparatur per diffinitiuam. n.*28.

Appellatio non admittitur à poſſeſſorio ſummario. num 29.

*Appellari non poteſt ab omni iudicio poſſeſſorio tam adipiſcendæ, & retinendæ, quàm recuperandæ poſſeſſionis. n.*30.

*l. vnicæ. C. ſi de momen. poſſ. verba interpretantur, & ponderantur. n.*31. *& ſeqq.*

*Poſſeſſorij meri ſententia parat modicum præiudicium, & illud reparabile de facili in iudicio petitorio. n.*32.

*Poſſeſſio momentanea quare dicta. n.*33.

*A poſſeſſorio adipiſcendæ ex l. fin. C. de edicto diui Adria. & eius ſententia lata in fauorem vtentis illo remedio appellationi non eſt deferendum. n.*34.

*Teſtatoris voluntas celerem executionem deſiderat. n.*35.

*A ſententia in interdicto quorum bonorum appellatio non admittitur. n.*36. *& n.*38.

*Statutum ſimpliciter permittens appellare in cauſis poſſeſſorijs non intelligitur in ſententia, de mittendo hærede ſcripto in poſſeſſionem. n.*37.

*Interdictum quorum bonorum non admittit appellationem ſuſpenſiuam. n.*38.

*Quorum legatorum interdictum non admittit appellationem. n.*39.

*Appellatio non datur in remedio l. 3. C. de pignoribus. n.*40.

*Reus conuentus rei vindicatione negans poſſidere, & conuictus de mendacio, non appellat. num.*41.

*Appellatio eſt prohibita in ſingulis ſpeciebus adipiſcendæ poſſeſſionis. n.*42.

*Saluianum interdictum eſt vtiliſſimum, & merè poſſeſſorium, quod ad cælum exclamant Doctores. n.*43.

*Saluianum interdictum competit fundi dominio contra colonum, vt adipiſci poſſit poſſeſſionem earum rerum, quæ illata ſint in fundo. num.*44.

Et ideo competit pro penſione fundi locati, & hoc eſt directum interdictum. ibidem.

*Saluianum interdictum vtile datur etiam domino contra conductorem prædiorum vrbanorum. n.*45.

*Saluianum interdictum competit cuilibet creditori habenti bona ſui debitoris obligata etiam tacitè & ex quacumque cauſa. n.*46.

*Duæ contrariæ opiniones referuntur. ibidem, & num.*47.

*Saluianum interdictum eſt remedium ſummarium, in quo de ſola poſſeſſione tractatur. n.*48.

In hypotheca probari debet de dominio vel quaſi debitoris. ibidem.

*Saluiano vtens non tenetur probare, rem hypothecatam fuiſſe in bonis debitoris, ſed illam poſſediſſe. n.*49.

Saluianum interdictum non admittit exceptiones reſpicientes defectum pignoris, maximè requirentes altiorem indaginem. n. 50. *ſecus in hypothecaria. ibidem.*

*De pluribus ſpecialitatibus Saluiani interdicti, & differentijs inter illud, & actionem hypothecariam, remiſſiuè. n.*51.

*Saluianum interdictum ita ſe habet ad actionem hypothecariam, ſicut poſſeſſorium ad petitorium. n.*52.

*Saluianum interdictum tanquam merè poſſeſſorium nō admittit appellationem ſuſpenſiuam, ſecus actio hypothecaria. n.*53.

*Vti poſſidetis remedium retinendæ non recipit appellationem. n.*54.

*Recuperandæ poſſeſſionis remedium non admittit appellationem. n.*55.

*Retinendæ in ſingulis ſpeciebus non admittitur appellatio. n.*56.

Prout in interdicto ne vis fiat. ibidem.
interdicto vtrobi. ibi.
interdicto de ſuperficie. ibi.
interdicto de itinere actuq; priuato. ibi.

*Retinendæ interdicto non cadit attentatum. n.*57.

*Recuperandæ poſſeſſionis interdicta non admittunt appellationem. n.*58.

*Recuperandæ ſingulæ interdictorum ſpecies non recipiunt appellationem. n.*59. *remiſſiuè.*

Iure Regio quando poſſit à poſſeſſorijs ordinarijs appellari. n.60.

Poſſeſſoria iudicia ſummarijſſima præparatoria poſſeſſorij ordinarij, non recipiunt appellationem. n.61.

Appellatio à poſſeſſorio mero licèt non admittatur, intelligitur quoad ſuſpenſiuum dumtaxat, non verò quoad deuolutiuum. n.62.

Doctores qui hanc opinionem tenent, referuntur. num.63.

Doctores qui tenuere appellationem eſſe prohibitam in poſſeſſorijs quoad vtrumque effectum, referuntur, & refutantur. n.64.

Appellatio ſi foret prohibita in poſſeſſorio quoad vtrumque effectum, vera foret opinio, dicentium, à qualibet eius interlocutoria eſſe permiſſam quoad vtrumque. n.65.

Appellatio quando eſt prohibita à diffinitiua quoad ſuſpenſiuum dumtaxat, prohibita intelligitur etiam à qualibet interlocutoria incidenti. n.66.

Appellatio admittitur iure Canonico à ſententia lata ſuper mero poſſeſſorio. n.67.

Remedium poſſeſſorium ex c. redintegranda, ſiue ſit intentatum in foro Eccleſiaſtico, ſiue ſeculari, datur appellatio ſuſpenſiua. n.68.

Et de ratione. n.69.

Priuilegio aut aliqua iuris diſpoſitione qui vti vult, eo debet vti cum omnibus ſuis qualitatibus. n.70.

Aeguidiana conſtitutio decernit, hodie licere exequi primam ſententiam latam ſuper quolibet remedio poſſeſſorio etiam appellatione pendente. n.71.

Aeguidiana conſtitutio eſt coarctata & limitata ad certas cauſas, & certas perſonas. n.72.

Aeguidiana non habet locum niſi in ſtatu Eccleſiaſtico Sedi Apoſtolicæ ſubiecto. n.73.

Aeguidiana non habet locum inter perſonas Eccleſiaſticas. n.74.

Commiſſio ſuper appellatione à poſſeſſorio ſignatur cum clauſula (ſine præiudicio legitimæ executionis quatenus Aeguidianæ locus ſit.) num.75.

Gratiani compilatoris decretorum verba non habent vim canonis, nec canonizant iura ciuilia. num.76.

Appellatio non admittitur ſuſpenſiua etiam de iure canonico in poſſeſſorijs ſummarijſſimis, prout in l. fin. C. de edicto diui Adri. n.77.

Celerem expeditionem vbi cauſa deſiderat, etiam iure canonico denegatur appellatio. n.78.

Beneintendi & aliorum opinio reprobatur. n.79.

Poſſeſſoria remedia omnia ſummarijſſima, quæ ſunt præparatoria poſſeſſorij ordinarij, non recipiunt appellationem etiam de iure canonico. num.80.

Saluianum poſſeſſorium non admittit appellationem etiam iure canonico. n.81.

Poſſeſſorium non merum, ſed mixtum cum petitorio admittit appellationem à toto. n.82.

Poſſeſſorium quando ſimul tractatur cum petitorio, iſtud vt potentius præponderat, & abſorbet poſſeſſorium, & attenditur, vt appellatio admittatur à tota cauſa, & ſententia. n.83.

De ſententia mixturam habente, & de pluribus difficultatibus illam tangentibus, & quando ab illa tota liceat appellari, & generaliter quando duæ aduerſæ qualitates prohibitiuæ, & permiſſiuæ appellationis concurrunt in eadem ſententia, quæ attendatur latè. num.84. remiſſiuè.

Doctores generaliter loquentes de appellatione admittenda à ſententia continente mixturam, intelliguntur de mixtura propria poſſeſſorij & petitorij. n.85.

Appellatio an ſit admittenda à ſententia complicata habente contrarias qualitates, vide ibidem, remiſſiuè.

Ad exhibendum condemnatus & ob non exhibitionem ad intereſſe, poteſt ab intereſſe ſententia appellare. n.86.

In iudicio poſſeſſorio, quo fit condemnatio ad intereſſe ob non facultatem rei reſtituendæ, admittitur appellatio. n.87.

Appellatio an admittatur in iuriſdictionalibus, & alijs quibus poſſeſſio iuſtificatur cum titulo. n.88. remiſſiuè.

Interdicti de aqua quotidiana & æſtiua ſententia, cùm habeat admixtam cauſam proprietatis, recipit appellationem à tota. n.89.

Poſſeſſorium admixtam habens cauſam proprietatis admittit appellationem. n.90.

Poſſeſſor conuentus ex l. fi. C. de edicto diui Adri. aſſerit ſe hæredem ſcriptum in teſtamento ſolemni, & parem titulum oſtendit, appellatio admittenda eſt quoad vtrumq; effectum. n.91.

Probabilis quando fuiſſet dubitatio, quis duorum ſit hæres, neceſſe eſt, ingredi iudicium petitorium, & appellatio admittitur. n.92.

Exceptio reſpiciens proprietatem, cùm poſſit repelli, ſi admittatur, de ea erit cognoſcendum in poſſeſſorio, à quo iudicio tanquam mixto datur appellatio. n.93.

Poſſeſſorium admixtam habens cauſam proprietatis non dicitur momentaneum. n.94.

Statutum loquens de poſſeſſorio mero, non extenditur ad poſſeſſorium mixtum, n.95.

Saluianum interdictum quãdo poſſit habere mixturam proprietatis, vt appellatio admittatur. num.96.

Poſſeſſorij ſententia continens condemnationem fructuum, damni, aut intereſſe, an & quando recipiat appellationem. n.97.

Appellatio quando admittatur in poſſeſſorijs, vide remiſſiuè. ibidem.

Poſſeſſorium licèt mixtè tractetur in iudicio, ſi tamen ſuper poſſeſſorio dumtaxat feratur ſen- tentia,

tentia, appellatio non ſuſpendit eius executionem. n.98.

Poſſeſſorium agitatum per viam contractus, admittit appellationem quoad vtrumque effectum. n.99. & num. ſeqq.

Fallit quando ad rei poſſeſſionem agitur vigore inſtrumenti guarentigiati. n.100.

Condemnatus principaliter & immediatè ad poſſeſſionem tradendam vigore contractus appellat. num.101.

Quia nullum ſupereſt petitorium condemnato & obligato contra pactum & obligationem. ibid.

Poſſeſſorio deducto in ſtipulatione, cuius vigore quis condemnatus eſt, appellare licet. n.102.

Et idem quando quis petit de feudo ſe inueſtiri, quia agit ex contractu. n.103.

Condemnatus ad liberè dimittẽdum poſſeſſionem appellat, quia continet mixturam. n.104.

Poſſeſſio capta vigore pacti (de ingrediendo propria authoritate) eſt valida etiam non obtenta ſententia declaratoria. n.105.

Poſſeſſionem ingredi quis poteſt propria authoritate, vrbanius facit adeundo iudicem. n.106.

Ad poſſeſſionem vbi non eſt actum vigore contractus principaliter, ſed vigore clauſulæ conſtituti, vel pacti de ingrediendo propria authoritate, appellatio non ſuſpendit. n.107.

In poſſeſſorio ſi agatur ad caducitatem non principaliter, ſed incidenter & acceſſoriè, non admittitur appellatio. n.108.

Ad poſſeſſionem vbi agitur non principaliter ex contractu, ſed vigore clauſulæ conſtituti in eo appoſitæ, appellatio non ſuſpendit. n.109.

Quia tunc debitor, nolens tradere poſſeſſionem, videtur ſpoliare. n.110.

Quorum bonorum vtili interdicto petente filio feudi inueſtituram non licet appellari. n.111.

Quæſtio acceſſoriè & incidenter deducta ſuper validitate ſcripturæ in poſſeſſorio principaliter intentato, non tollit appellationem. n.112.

Titulum oſtendens ad conſequendam poſſeſſionem petitam, non dicitur agere poſſeſſorio mixto. n.113.

Sententia continens cauſam falſitatis non exequitur in bonorum poſſeſſione ſecundùm tabulas petita. n.114.

Grauamen illatum in ſententia poſſeſſorij, ſi reparari non poteſt per petitorium, admittit appellationem ſuſpenſiuam. n.115.

Condemnato ad poſſeſſionis reſtitutionem, competenti retentionem dumtaxat, licet appellare. ibidem.

Poſſeſſorium iudicium motum contra detentatorem, qui non poteſt petitorium mouere, vt puta, commodatariũ, admittit appellationem. n.116.

Et huius doctrinæ plura redduntur exempla, remiſſiuè n.117.

Poſſeſſorium ſummarijſſimum eſt præparatorium poſſeſſorij ordinarij. n.118.

Poſſeſſorium ſummarijſſimum, & eius interlocutio durat vſquequo lata ſit ſententia diffinitiua in poſſeſſorio ordinario. ibidem.

Prima ſententia lata in poſſeſſorio ordinario contra obtinentem in iudicio ſummarijſſimo, an ſit contra illum exequenda non obſtante appellatione. n.119.

Sententia de aperiendo teſtamento non recipit appellationem, quia celeritatem deſiderat. n.120.

A mandato de euacuando domum, ſeu vt dicunt de ſfractando, an liceat appellari. n.121.

HAVD poſſum non fateri, hunc tritum
articulum, ex his, quæ variis in locis
apud Doctores ſcripta reperiuntur, vagan-
tia, quæ cùm inter ſe pugnent carentia di-
ſtinctione, illum, nedum difficilem; verùm
confuſum, & intricabilem reddant. quod vt
euites, ſingulas doctrinas ſuo proprio caſui
cũ ſui ſpecialitatis ratione adaptabo: vt quid
iure verum ſit, facilè cognoſcatur in poſte-
rum, neceſſitatis illius non oblitus: quòd iu-
dicium poſſeſſorium duplex eſt, aliud ſum- 1
marium, & interdũ ſummariiſſimum, aliud
ordinarium, ſeu plenarium.

Summarium iudicium poſſeſſorium au- 2
tem illud eſt, quod proditum eſt ex ſolo iu-
dicis officio implorato, præparatoriũ quod-
dam iudicium ad poſſeſſorium ordinarium.
quod tunc locum habet, quando ſcilicet
vtraque pars contendit poſſidere, & quæli-
bet recuſat agere, & libellum offerre, acto-
riſque partes ſuſtinere, inductum principa-
liter, ne lite pendente, vel non pendente ſu-
per poſſeſſione, ſeu poſſeſſorio ordinario,
partes veniant ad arma, ſe inuicem turban-
tes, & pro libello enſem offerentes (vt in-
quit Bald. *in l. quiſquis C. quorum appell. non
recip.*) cuius natura (cùm ſit momentaneum 3
aptitudine) exigit ſummariam cauſæ cogni-
tionem, quod nec requirit libellum, nec litis
conteſtationem, & concluſionem, nec ſen-
tentiam diffinitiuam, ſed interlocutoriam
dumtaxat, præiudicium nullum afferentem,
nec in poſſeſſione, nec in proprietate, prout
ita in eamet declaratur, durante interim,
dum lis ſuper plenario iudicio poſſeſſorio,
vel petitorio diffinitiuè terminatur: & tunc
iudex ex officio vt occurrat ſcandalis, & ri-
xis imminentibus, nullo ſeruato ordine iu-
diciario, ſed omiſſo penitus debet ſuper vl-
timo eorum ſtatu poſſeſſionis, ſeu deten-
tationis probationes, ſeu informationes à
partibus ex officio recipere, & quem inue-
nit in vltimo ſtatu, ſeu meliori poſſeſſione,
defendet, inhibens alteri, ne ad eam acce-
dat, nec alteram inquietet, donec vt actor
agens in poſſeſſorio plenario cognoſcatur:
quis verus ſit poſſeſſor, vt & iſte in petitorio

partes rei obtineat. Nam quemadmodum
poſſeſſorium ordinarium eſt præparatorium
iudicium petitorio, vt quis actor ſit cogno-
ſcatur, *l.ordinarij C.de rei vindicatione*. ita hoc
poſſeſſorium ſummarium eſt præparatorium
iudicio poſſeſſorio ordinario, vt dictum eſt,
& ideo ſummariam cauſæ cognitionem exi-
git, iuxta *l. æquiſſimum* (ex quo principium
habere creditur) *ff. de vſufruct.* & praxis *à*
*l.liberis §.fi.ff.de liberali cauſa.*ita optimè Paul.
Caſtr.*in conſil.3.colu.2, lib.2.* Bal. *in l.ordinarij*
col.3. verſic. ſed hic quæro. vbi Caſtren. & alij.
Alciat.*conſ.386. in prin.* Neuiz.*conſ.8.num.7.*
Ruin. *conſil.28. colu.2. in prin. volu.4.* Marſil.
in l.1. §.præterea, col.18. de quæſtio. & in ſin-
gula.543. Feli. *in rubr. de treuga & pace §. qui*
timet circa fi. Capicius *deciſ.13. & deciſ.14.&*
55. & 96. num.10. & deciſ.189. & deciſ.209.
Curtius Senior *conſil.66.* Pariſ.*conſ.178.lib.4.*
Iſſ. *in l. ſuper poſſeſſio. num.15.* & ibi Decius
num.10. C. de tranſact. idem Decius *in l. vlt.*
num.6. C. de edicto diui Adria. idem *conſil.*...
Alban.*conſ.75.* Plot.Nouarienſ. *in repetitione*
*l.ſi quando num.107.C.vnde vi.*Corraſ.*in l.na-*
turaliter §. nihil commune, num.27. de acquir.
*poſſeſſ.*Cephal.*conſ.19.in fi.lib.1.*qui declarant
Marian. Soci. Sen, *in c.1. col.16. fall.54.* Ce-
pola *cautel.100. n.3.* Natt. *conſ.121.n.2.lib.1.*
Maſſuerius *in pract. tit. de poſſeſſorio num.24.*
exactè Couarr. *in pract. quæſt. c.17. per totum.*
Tiraquell. *in tract. le mort ſaiſit le vif. 9. p. de-*
claratione 9. in fi. Rebuff. *ſuper concord. Regis*
Franciæ tit. de annatis. verſic. quinta tamen. ex
l.regni,& in commenta.regn.conſtit.tom.3.tit.de
mater. poſſ. art.1. gl.1. à num.4. Menoch. *de*
retinen. poſſ. rem. vlt. num. 33. & à prin. Ro-
land. à Valle *conſil. 8. per totum, vol. 4.* qui-
bus adde noſtratem Gaſpar Rodrig. *de anni.*
rediti. lib.1. c.17. apud quos copiosè, & affa-
tim inuenies reſolutas multas difficultates,
4 attingentes huiuſmodi ſummarium poſſeſ-
ſorium iudicium, ad quos te remitto. latè
Riccius *in pract.deciſ.2.p.deciſ.203.per totam*
fol.279.

5 Et vltra ſupracitatos, quòd in huiuſmodi
iudicis officio, quod eſt poſſeſſorium ſum-
mariiſſimum, nullus ſit iuris ordo ſeruan-
dus, affirmarunt gl. *in clem.2. vt lite penden.*
Bellame. *deciſ.148.& deciſ.294.* Bald.*in l.ap-*
pellatio. colu.2. C. de appell. Abb. *in c.ex parte*
col.penult. de reſcr. Socin.Senior *in c.quoniam*
frequenter.col.27. verſic.6. fallit vt lite non con-
teſta. Alexand. *conſil. 99. num. 9. lib.5.* Ripa
in c.ſæpe num.10. verſic. 3. quia de reſtitutione
ſpoli. Vantius *in tractatu de nulli.in tit.quot &*
quibus modis nulli. propri. poſſ. num.28. Lanfr.
de Orian. poſt alios plures ab eo citatos *in*
rubrica de cauſa poſſ. & propri. colu. 8. & Bella.
deciſ.101. qui loquuntur in poſſeſſorio ſum-
mario, in remedio recuperandæ, & circa poſ-
ſeſſorium hoc remedium adipiſcendæ poſ- 6
ſeſſionis. idem probant Boër. *in c.1.num.39.*
*& 40.de reſtitutio.ſpolia.*poſt Abb. *ibi* Rebuff.
in practic.benefic. tit. de miſſione in poſſeſſionem
num. 42. & 43. & in hoc remedio reſpectu 7
poſſeſſionis retinendæ ferè omnes ſuperiùs
dicti probant. & attende quòd huiuſmodi
remedium poſſeſſorium ſummarium, ſcili- 8
cet ex iudicis officio, locum obtinet in om-
nibus interdictis, & remediis poſſeſſoriis,
tam adipiſcendæ, quàm recuperandæ, & re-
tinendæ, vt eſt de ſingulis videre apud Me-
noch. *de adipiſcen. rem.6. per totum, & de reti-*
nendæ, rem. vlt. per totum, & de recuperan. poſſ.
rem.17. vbi copiosè de ſingulorum qualita-
tibus, & difficultatibus, multa adnotatione
digniſſima, tã circa beneficialia, quàm tem-
poralia inuenies, ita vt omnia remedia poſ- 9
ſeſſoria ordinaria habent hoc præparato-
rium ſummarium, ſeu ſummariiſſimum.

Alterum verò iudicium poſſeſſorium eſt 10
ordinarium, & plenarium. in quo ipſamet
poſſeſſio deducitur, prout eſt in omnibus in-
terdictis poſſeſſoriis retinendæ, recuperan-
dæ, & adipiſcendæ. in quorum examinatio-
ne regulariter agitur de poſſeſſione plena-
riè iuris ordine ſeruato, & eiſdem ſolemni-
tatibus, & requiſitis, quibus tractari ſolent
cætera iudicia ordinaria, ſcilicet cum plena
cauſæ cognitione, ſeruatis iuris terminis
cum libelli oblatione, litis conteſtatione,
publicatione, & concluſione, & fertur ſen-
tentia diffinitiua, aſſerens quoad poſſeſſio-
nem perpetuum præiudicium, vt poſſeſſor
in poſſeſſione remaneat, & defendatur, ac
tueatur, donec altera pars, vt actor egerit,
& obtinuerit in petitorio, in quo tractatur
plenariè & ordinariè de iure partium, hoc
eſt de proprietate, *l. exitus ff. de acquir. poſſ.*
dicta ſic hæc interdicta poſſeſſoria ordina-
ria, quia in eis ordo iuris ſeruatur, Menoch.
in tractatu de recuper.poſſ.in præludijs ſeu rem.1.
num.34. probant B. *in extrauag. ſed reprimen-*
dum. in verſ. ſummariè poſt prin. Abb.*in c.con-*
ſultationibus circa fi. de off.delegati. Cagnol. *in*
l. impari ff. de regul. iur. Plot. *in l. ſi quando*
num.107. & 114. C. vnde vi. Caſtr. *conſil. 3.*
lib.2. & conſil.5. Marant. *de ordine iudicio.4.p.*
9.d.num.46.ad fi. Natta *conſil.532.n.9. tom 2.*
vbi dicit certiſſimi iuris eſſe: cauſam poſſeſ-
ſoriam in procedendo, ſummariam non eſſe;
tamen eſſe ſummariam reſpectu probatio-
num, cùm leuiores ſufficiant (licèt quoad
hoc vltimum de probatione verum non di-
cat, vt ſtatim dicetur.) Natt. ipſe *conſil.121.*
num.2. & num.9. tom.1. Couarr. *in practic.*
quæſtio.c.17.n.3.verſ.tertiò erit hoc. exactiſſimè
Rolan.à Valle *in conſ.8.vol.4 à n.16.cum ſeqq.*
vltra

11 vltra quos & apud alios citatos in prioris
diſtinctionis membro, reperies illam conſti-
tutam differentiam inter hunc, & ſuperio-
rem caſum; vt in poſſeſſorio ſummario ſum-
maria cauſæ cognitio adhibenda ſit, in poſ-
12 ſeſſorio autem ordinario cauſæ cognitio
plenaria, & quæ requirantur generaliter in
vtriuſque cognitione; vide optimè Specula.
in tit.de off. omnium iudicum.§.poſtremo, per to-
tum 1.p. Marant. latè *de ordine iudicio. 4.p.*
9.d. & ad iſtos terminos, eſt reducendus, &
intelligendus doctiſſimus vir illè ſummi, ac
perpetui laboris Felician. *in ſuo erudito tract.*
de cenſibus lib.2. c.1.n.9.in fi. qui Bart.& Ma-
rant. *vbi proximè* indiſtinctè dicunt, cauſam
poſſeſſoriam eſſe ſummariam.

Ab hac tamen regula vltima, vt in omni-
bus poſſeſſoriis ordinariè procedatur, exci-
13 pere poteris remedium illud *ex l. fin. C. de*
edicto diui Adri. quod inter alios adipiſcen-
dæ appoſuit 4.loco Menoch.nam in eo agi-
14 tur ſummariiſſimè, quod intelligi in omni-
bus caſibus, & reſpectu omnium perſona-
rum, quibus illo remedio potiri queunt, de
quo exactiſſimè per Doctores *in d. l. fin.* &
exactam repetitionem fecit Zuchard. *ibi,*
exactiſſimè etiam ſcripſit Menoch. *de adi-*
piſcen. in prædicto rem. 4. per totum, & facit
l. quiſquis C. quorum appell. non recip. quibus
15 adde remedium ex Carboniano edicto, iux-
16 ta *l.3.§.cauſæ de Carbon.edicto.* item cùm mu-
lier nomine ventris petit, ſe in poſſeſſionem
mitti, *l.1. §. ſi ea ff. de ventre in poſſ. mit.* hîc
etiam adde aliud adipiſcendæ poſſeſſionis
17 remedium ex Saluiano interdicto, in quo
ſummariè etiam agitur, vt eſt videre ex his,
quæ latè Menoch.*de adipiſ.rem.3.à num.173.*
cum ſequentib. & ſuprà Natt. *conſil. 532. ſub*
num.10.

18 Ex quibus reſultat componenda opinio-
num contrarietas: an in poſſeſſoriis iudiciis
ſemiplena, an plena requiratur probatio; &
quòd ſemiplena ſufficiat, ſcilicet, per vnum
teſtem, vel ſolam famam, probant B. *in*
l.admonendi, col. penult. ff. de iureiur. & in l.2.
C. quorum bonorum. & in l.admonendi, col. pe-
nult. ff. de iureiur. l.2. §.vlt. C. vbi in rem actio.
Cuma. *in l.1.§.vlt.de prætorijs ſtipu.* Mateſila.
ſingul.2. Afflict. *deciſ.364. num. 5.* Beroius
conſ.43. num.46. lib.3. Soci.*conſ.266. num.26.*
lib. 2. Alexand. *conſil.91. in prin. lib.1. & in*
l. videlicet C. de Carbonia. edicto num. 2. Car.
Ruin. *32. num.7. volum.4.* Aymon. Sauillia.
*conſil.158.num.12.*Petrus Dueñas *regul.299.*
num.10. Marſil.*ſingulari 433.*Sarmi.*de redit.*
Eccleſiaſt. 1.p. c.4. num.3. & extra iſtos non-
nullos alios citat pro hac ſententia Menoch.
de recuper.poſſ.rem.15. num.410. & ſeq. & in-
diſtinctè loquendo in omnibus poſſeſſoriis
hoc dicit Rebuff. *in commenta.conſ.reg.tom.3.*
*tit.de mater. poſſeſſo. art.7. gl.1.num.26.*Alciat.
reſponſ.389.n.3. Bellam.*conſ.35.n.6.* ea vtun-
tur ratione, quoniam cauſa poſſeſſoria ſit
modici præiudicij, *l. momentaneæ C. qui legit.*
perſo. hab. ſtant. impedi. l. vnic. C. ſi de momen.
poſſ. fuer. appella.

Sed contrariam ſententiam, & opinio- 19
nem, imò plenam, & legitimam probatio-
nem in iudiciis poſſeſſoriis requiri; probant
B. *in extrauag. ad reprim. verb. ſummariè.* gl.
Ofred.Iacobi.Butr.Cyn. Bald. Angel. & Sa-
licet. *in l.1. C. quorum bonorum.* Lanfran. de
Oria. *in l. admonendi colum. vlt.* & ibi Curt.
Senior *col. 87. de iur. patron.* Decius *in c.cau-*
ſam quæ col.2. de iudicijs. Anchar. *in clem.ſæpe*
de verbor.ſignific. & ibi Immol. *num. 41.* &
ibi Georg. Natt. *num. 15.* & dicit commu-
nem opinionem Alexand. *conſil.187. in fi.*
lib.7. Plot. *de in litem iuran. num.115.* Ro-
land. à Valle *conſil.5. num.16. lib.2.* Vantius
de nullit. ſentent. ex defectu proceſſ. num. 38.
Octauia. *deciſ. Pedemont. 9. q. num. 12.* Io-
ſeph. Ludoui. *deciſ. Peruſ.59. num.2.* noſtras
Ioan.Garcia *de nobilita. gl.1.num.51.* Afflict.
deciſ.364. num. 5. plures refert & ſequitur
Plot. *in l. ſi quando num. 115. C. vnde vi.*
Cagnol. *in l.impari. num.8. de regul.iur.* Gra-
tus *conſil.110. num.7. & 8. lib.2.* Petrus Be-
neintendi *concl.62. num.10.* Natt. *conſil.630.*
num.7. lib.3. mouentur, quia maximi mo-
menti eſt, poſſidere, *§. modùm inſtitu. de in-*
terdi. & ſicut in cauſa magni præiudicij
exactæ probationes exiguntur, & ita in poſ-
ſeſſoria.

Et hanc contrarietatem cum fœdere di- 20
ſtinctionis componunt referendi ex mente,
& intentione relatorum, vt prima opinio re-
quirens leuem, & ſemiplenam probationem
procedat in poſſeſſorio ſummario, ſeu ſum-
mariiſſimo, momentaneo dicto, quod pro-
uenit ex officio iudicis, iuxta *l. æquiſſimum*
ff. de vſufruct. de quo nos ſuprà, vt pro-
bant leges pro contra allegatæ. & egregiè
declarat Curtius Senior *in d. l. admonendi*
num. 323. verſic. ſecundo moueor. vbi ita in-
telligit Bar. *in d. l.2. §. vlt. C. vbi in rem*
actio. quo moti fuere Decius, & Mateſila.
quia iura allegata à B. loquuntur in præ-
paratorio poſſeſſorio, vt *in Carboniano edi-*
cto, ſequitur & animaduertit latè Ripa *in*
cap. ſæpe num.3. in fi. de reſtitutio. ſpolia. Curt.
Iun. *in d. l. admonen. num.68. in fi. de reſti-*
tutio. ſpolia. & apertè elegantérque decla-
rat Zuchar. *in l.vlt. numero 318. C. de edicto*
diui Adrian. Ioſeph.Ludoui. *deciſ.59. num.3.*
& Beroius *conſil.43. num.46. & 48. lib.3.*
Menoch. *de recuper. poſſ. rem.15. num.413.* ſe-
quitur etiam & probat Marant. *in ſpeculo*
indi.

iudi.4.p.9. d. num.43. verſ. in iſta varietate & num.44.

21 At verò in cæteris poſſeſſoriis adipiſcendæ, nempe in Saluiano interdicto, & l. fi. C. de edicto diui Adri. licèt ſint poſſeſſoria ſummaria, requirunt tamen plenam, & legitimam probationem, ſeu informationem, ſummariè tamen quoad ordinem, & eius exactionem tractetur, non autem ſufficit probatio ſemiplena, vt de vtroque probat latè Menoch. de adipiſcend.poſſ.rem.3. à num.172. non enim hæres mittendus eſt in poſſeſſionem per vnum, vel per duos teſtes, & ecce etiam
22 in teſtamento militis, nam ad hóc vt hæres, ex eo in poſſeſſionem mittatur, debet plenè non ſemiplenè per famam, aut vnum teſtem teſtamentum, & inſtitutionem probare, ſed plenè. l. diuus ff. de milita. teſtam. nec ex eo quòd iudicium ſummarium requirat ple-
23 nam, integram, & perfectam probationem, efficitur ordinarium & plenarium, nec deſinit eſſe ſummarium, quia de articulo verè realiter & perfectè, non per ſemiplenam probationem, famam, vnum teſtem, aut indicia debet conſtare, & apparere, ſummariè tamen exigenda eſt ipſa informatio, quia
24 quando vnum iudicium eſt ſummarium, ſeu executiuum, omnes eius articuli incidentes, & adminicula iudicij ſunt ſūmarij, cùm ſint partes ipſius cauſæ principales, in illíſque eſt ſummariè, ſeu executiuè procedendum, vt in cauſa principali, quia de illis iudicandum, & prædicandum eſt, ac de ipſa cauſa principali, Bal. in l.1.num.6. C.commu. de legatis. optimè Iſſ. in l.2. num.6. in fi. poſt Bal. C. eodem tit. dicẽs, quòd ſi ex ſtatuto pro-
25 cedendum eſt ſummariè, ſuper inſtrumento guarentigio, ſuper hypothecaria, quæ mouetur ratione debiti in inſtrumento contenti, pariter erit ſummariè procedendum. B. in l. creditores colu. vlt. verſ. erit igitur C. de pignori. latè plura reddẽs exempla Menoch. de arbitr.lib.1.quæſt.45. n.9.10.11. & 12. plures ſequuti & citati à Nat. conſ.21. num.11. tom.1. Iſſ. in rubr. l. qui admitti. colu.1. in fi. Marant. de ord.iudi.4.p.9.d.num.40. Iſſ. in l.vlt. §. vlt. num.3. ad fi. ff. de condictio. indebiti. quem eleganter ſequitur Petra Sanct. ſingular.23. incipit notant Bar. Meno. de adipiſ.poſſ.rem.3. à num.175.

26 Non eſt enim bonum argumentum, in iudicio ſummario requiritur plena, & legitima probatio, ergo iudicium efficitur plenarium, & ordinarium, ex ſupradictis, vt (& perperam) putauit doctiſſimus Sarmiento de rediti. Eccleſi.3.p. c.2.num.23. & 24. dicens ille loquendo in interdicto Saluiano (& rectè in hoc primo) priùs debet conſtare an obligatio, & hypotheca ſubſiſtat, cùm ſine principali obligatione hypotheca nulla ſit, l. res hypothecæ. ff. de pignorib. ex quo infert Sarmiento, duo ſunt iudicia iſta, in primo agitur, an obligatio ſubſiſtat, & in eo dicit, requiri pleniſſimam cauſæ cognitionem, & tres ſententias ferri oportere. in ſecundo autem iudicio arguitur interdicto Saluiano ad auocandam poſſeſſionem rei hypothecatæ, & ſummariè ſecundùm naturam ipſius interdicti. ſed contra illum meritò inſurgit Menoch. de adipiſcen.poſſ.d.rem.3. à num.172. quia cùm cauſa principalis ſit ſummaria, omnes eius articuli incidentes ſummariè tractandi ſunt, nec ex eo figura & iudicij natura immutatur.

Quibus ſuppoſitis illa eſt iure ciuili con- 27
ſtituenda regula generalis, & vniuerſalis, & in cunctis remediis poſſeſſoriis, tam adipiſcendæ, quàm retinendæ, & recuperandæ, in quibus agitur ad meram poſſeſſionem, à ſententia pro actore, puta, lata, appellatio non admittitur, emiſſa ex l.1. C. ſi de momen. poſſ. fuer. appella. l. fi. ff. de appellatio. recipien. l. quiſquis C. quorum appella. non recip. & vbilibet gl. Quibus locis ita notat B. per quem & plenè in l.2. colu.2. verſ. quæro quæ eſt ratio, &c.
ff. de appella. recip. quia ſententia poſſeſſorij 28
affert modicum præiudicium, ex quo eius grauamen reparari poteſt per diffinitiuam. Angel. in conſ.107. Bal. in d.l.1. Ab. in c. cum ad ſedem colu. ante penul. de reſtitutio. ſpoliato. Philip. Decius conſ.28. num.4. omnes in cap.1. de cauſ. poſſ. & propri. Alberi. in d.l. vnica. Corſet. ſingular.10. n.1. lib.4. alios referens comprobat Afflict. deciſ. Neapol. deciſ.269. num.3. Guid. Pap. quæſt.37. ſi appelletur. Bal. in l.2. C. de Epiſcopali audi. communiter Doctores in l. vnica. & præſertim Cæſar Contar in rubr. num.74. C. ſi de momen. Specul. tit. de appellatio. §. in quibus num.8. in 6. lib.2. Nicel. in tract. de concord. gloſſ. concor.6. fall.6. num.26. tom.18. fol.192. Rot. deciſ.120. fuit reſolutum num.2. p.1. diuerſo. gl. in c. cum ad ſedem, in verb. interdictum, verſus fi. de reſ. ſpoli. Marqueſ. tract. de commiſſ. p.2. in commi. appell. cap.2. n.38. Veſtr. in prax. lib.7. cap.3. num.2. Vanti. in tract. de nullit. ſentent. quis poſſ. dicere de nulli. num.34. verſ. & propterea, fol.376. Contar. vbi proximè in prima ratione decidendi num.16. in fi. & n.17. Ioan. Cor. Tholoſ. in repet. l. naturaliter. §. nihil commune, in præludijs num.30. Pariſ. conſ.108. num.20. lib.1. Iſſ. conſ.187. colu.5. verſ. hoc aſſumpto. lib.2. Immol. conſ.55. n.5. Ab. in conſ. 55. colu.1. verſ. aliam limitationem lib.2. Brun. conſ.98. n.9. Barba. conſ.82. colu.5. lib.3. Natta conſ.121. num.4. volu.1. Menoch. de recuper. poſſ. rem.9. à num.316. Ioſeph. Ludoui. deciſ. 20. n.16. Rolan. à Valle conſ.77. volu.2. Octauia. deciſ. Pedemon.25. n.4. Lancelo. de attenta. 2.p.

2.p. cap.12. limi.25. cum ſeqq. Rober. ſingular. appellationum 22. Capici. deciſ.34. n.1. Anto. Gom. in l.45. Tauri num. fi. Couarr. in practi. quæſtio. cap.23. num.8. Horatius Carpan. in lucubratio. iuris ſiue ſtatu Mediol. cap.150. gl. non poſſit appellari à num.47. vſque ad num.50. Sequitur Doctor Felicia. de Solis in tract. de cenſibus lib.3. cap.1. n.11. & multo fortiùs dicendum erit in iudiciis poſſeſſoriis ſumma-
29 riis, in quibus denegatam eſſe appellationem, probant Doctores hactenus citati, & vide latè Eſcacia de appella. quæſt.17. limi.6. memb.2. per totum fol.331. & alibi paſſim, & nos variis in locis huius capituli, latè etiam Riccius in pra. deciſ.2. p. deciſ.263.

30 Quorum quidem Doctorum potiſſima pars abſolutè loquuntur in omnibus iudiciis poſſeſſoriis, at nominatim & ſpecialiter, quòd in poſſeſſorio tam adipiſcendæ, quàm recuperandæ, & retinendæ poſſeſſionis appellatio ſit prohibita, loquuntur poſt plures, ab eis citatos Marant. in ſpecul. iudicio. tit. de appella.294. Lancelo. Rober. de atten.2.p.c.12. limi.25. num.10. optimè Anto. Gom. in l.45. Tauri num.194. Rolan. à Valle in conſ.77. n.9. volu.2. Bar. in l.2. colu.2. num.4. ff. de appell. recip. gl. in l. vnica in verbo momento. & ibi Bar. quæſt.1. num.3. Salicet. poſſ.2. num.3. C. ſi de momen. Marc. Anto. Cuch. tract. de mentien. circa poſſeſſ. num.420. verſ. quid verò tom.3. p.2. fol.300. Marqueſa. tract. de commiſſio. 2.p. de commiſſ. appella. cap.2. ſub num.37. & 38. fol.37. & de cõmuni opinione teſtantur, & ſequuntur Rolan. à Valle conſ.77. viſo num.9. lib.2. & Cæſar Contar. in l. vnica in intellectu ſub n.1. verſ. vnde is. C. ſi de momen. poſſ. & de magis communi opini. teſtatur & ſequitur Ioan. Cumia. ſuper ritibus Siciliæ c.80. n.66. fol.253. & eſſe approbatum à Rota, refert Contard. vbi proximè in amplia. num.3. in fi. Achill. Perſonal. tract. quorum bono. n.792. in fi. & n.493. vbi de crebriori opinione tom.3. p.2. fol.279. Eſcacia de appella. quæſt.17. limi.6. memb.3. num.35. Couarr. practi. cap.23. num.8. Menoch. (nullum allegans, ſed gloſſ. in d.l. vni. C. ſi de momen. poſſ. fuer.) de recup. poſſ. rem.6. num.48. ad med. Ruginell. in tract. de appella.
31 §.2. cap.3. num.653. in fi. fol.119. quod probant ex generalitate d. l. vni. C. ſi de momen. poſſ. fuer. appellat. ibi, cùm de poſſeſſione, & eius momento cauſa dicatur, etſi appellatio interpoſita fuerit: tamen lata ſententia ſorti-
32 tur effectum.) reddentes rationem, quia talis ſententia lata in mero poſſeſſorio parit modicum præiudicium, cùm de facili poteſt reparari in iudicio proprietatis, quod quidem indicant, & probant illa verba eiuſdem legis ibi, de poſſeſſione, & eius momen-
33 to.) quod id ſignificat, quando de poſſeſſione tractatur, cuius præiudicium, non eſt perpetuum, ſed momentaneum, dum in petitorio cauſa terminatur, &c. latè Contard. in rubr. d.l. vnicæ num.26. Gemini. in c. vlt.2. quæſt.6. num.8. & ſic reſpectu obtinentis in iudicio poſſeſſorio dicitur momẽtanea, quia durat dumtaxat, dum non nanciſcitur victoriam in petitorio, & ſic parui præiudicij: reſpectu autem ipſius poſſeſſionis commoda magna ſunt ex vulgaribus iuribus.

Et magis in ſpecie de ſingulis poſſeſſoriis 34
remediis probant multi, prout de poſſeſſorio adipiſcendæ, ex l. fi. C. de edicto diui Adria. & ſententia pro vtente ſuper eius remedio, vt appellatio non detur, affirmant poſt l. fin. ff. de appell. recip. & l. quiſquis C. quorum appell. non recip. & Doctores in d.l. fi. C. de edicto diui Adria. Pariſ. conſil 54. num.39. volu.3. Bald. in l. vnica C. ſi de momen. poſſ. colu.2. in fin. verſ. ſed pone. latè Zucher. in repeti. l. fin. num. 435. & 441. verſ. & ſic erit concluſio. Roland. à Valle in conſil.77. n.12. facit glo. in verbo miſſus in d. l. fin. quam ſequuntur B. Bald. Caſtren. Salicet. Alexand. & Iſſ. Curtius Iun. & Sebaſtia. Sapia relati à Zuchardo ſuprà, infinitos congerit Tiraquell. in tractatu le mort ſaiſit le vif, p.6. declaratio 6. num.2. Guid. Papæ quæſt.132. colu. vlti. Beroius quæſt. 44. Menoch. de adipiſcen. poſſ. rem.4. à num.826. Ozaſc. deciſ. Pedemonta.25. num.9. Couarru. in practi. quæſtio. c.23. num.8. verſ. tertia concluſio, rationem reddunt Doctores eandem, quam Conſultus, & Imperator, ille in d. l. fi. hic in d. l. quiſquis,
quòd teſtatoris voluntas celerem executio- 35
nem deſiderat pariter, & in illo adipiſcendæ
remedio ex interdicto quorum bonorum, 36
affirmant Bart. in l.1. in fi. C. quorum bonorum. per quem Marant de ord. iudicio. 6. p. tit. de appella. num.312. Menoch. de adipiſcend. rem. 1. num. fi. Beneintendi concl.79. num.6. Cachetian. Octauianus deciſ. Pedemont. 25. num.9. Gozadin. conſ.5. colu.1. Rolan. à Valle conſ.77. num.10. volu.2. Marqueſ. tract. de appella. p.2. in commiſſ. appell. cap.2. num.56. fol.40. Caputaq. deciſ.223. conſtitutio. Aeguidi. num.1. p.1. Cæſar Contard. in l. vnica in 4. ratione decidendi num.1. & meliùs num.4. & limi.17. à num.18. cum ſequentib. C. ſi de mom. poſſ. Ioſ. Cum. in ritibus Siciliæ cap.38. n.114. Ruginell. tract. de appella. §.2. cap.3. num.649. & num. 650. & ſeqq.

Quod & procedit, etiam ſi ſtatutum ſim- 37
pliciter permittat poſſe ſemel appellari in cauſis poſſeſſoriis. quia adhuc non licebit, appellari à ſententia demittendo hæredem ſcriptum in poſſeſſionem, Beroi. quæſt.44. ſi ſtatuta per totum, quem referunt & ſequuntur Achill. Perſonal. tract. de adipiſcen. poſſ. num.333. verſ. quæ regula, tom.3. p.2. fol.268.

Ruginel.tract.de appella.§.2. cap.3. ſub n.649.
verſ.2. in fi. ſequitur & rationes reddens Eſ-
cacia de appella. quæſt.17. limi.6. memb.4. à
num.23.fol.347.
38 Ita & in aliis remediis adipiſcendæ poſ-
ſeſſionis probant ſingillatim Doctores, pro-
ut de interdicto quorum bonorum, vt non
admittatur ſuſpenſiua appellatio, firmant
Roland. à Valle conſil.77. viſo num. 10. lib. 2.
Marant. in ſpecul. 6. p. actu in prin. verbo &
quandoque appellatur n.323. fol.308. Ioſ.Cu-
ma. ſuper ritibus Siciliæ cap.38. n.187. fol. 204.
Achill. Perſonal. tract. de adipiſcen. poſſ. ſub
num.493. & num.485.487. & 489. Ruginell.
tract.de appella.§.2.cap.2.num.653.verſ.hæc re-
media fol.119. Cæſar Contar. in l.vnic. limi.2.
§.1. n.1.2.9.14. & 18.
39 Item nec in interdicto quorum legato-
rum non dari appellationem, ſcribunt Con-
tard. d. l. vnica, in ſecunda ratione decidendi.
num.32. & in ampliatione num.34. & 35. & in
ſecunda limitatione §.1.num.16. & 17. in fi. Ru-
ginell. tract.de appella.§.2. c.3. num.454. in 4.
40 caſu fol.100. item & in remedio l.3. C. de pi-
gnori. in quo non dari appellationem tenet
Eſcacia de appella. quæſt.17. limi.6. memb.4.
num.5.
41 Qui num.132. affirmat, idem eſſe dicen-
dum in remedio, & caſu l. fi. in rem ff. de rei
vindi. nempe quando reus negat, ſe poſſi-
dere, vt euitet actionem realem contra ſe,
& poſtea conuincitur de mendacio, proban-
te actore quòd poſſidet, quo caſu actor mit-
titur in poſſeſſionem, ante eum dixerant, &
latè explicuere Ruginell. tract. de appell. §.2.
cap.3. num.687. verſ. vigeſimus primus Cuch. in
repeti. l. fi. C. ſi de momen. num.31. inter tract.
diuerſo. de mentiente circa poſſeſſionem tom.3.
p.2. fol.293. & præcipuè ſub num.419. verſ. quid
42 verò & num.420. fol.300. & quod in ſingulis
ſpeciebus poſſeſſionis adipiſcendę ſit prohi-
bita appellatio, vltra citatos ſcribit Ioan.
Baptiſt. Pontan. tract. de ſpoli. lib.4. cap.3. ſub
num.40. tom.14. fol.305.
43 Pariter & in alio adipiſcendi remedio ex
Saluiano interdicto appellatio non admitti-
tur, nam hoc interdictum valde eſt vtiliſſi-
mum; cuius prærogatiuas, & excellentias ad
cœlum exclamant Doctores citandi; éſtque
remedium merè poſſeſſorium. Angel Areti.
in §. item Seruiana n.6. Inſt. de actio. Marant.
de ord. iudi. 4. p. d. 7. num. 11. Rolan. à Valle conſ.
14. n.11. & quod eſt pinguius & vtilius ma-
gíſque frequentius actione hypothecaria,
probant latè Neguſan. de pigno. 8. p. 3. memb.
44 num.26. quod quidem competit fundi do-
mino contra colonum, vt adipiſci poſſit poſ-
ſeſſionem earum rerum, quæ in fundo loca-
to illata, inuectáque fuerint, ideóque pro-
penſione fundi locati præſtanda, quod eſt
directum interdictũ, vtile verò ad eius ſimi- 45
litudinem, datur etiam domino contra con-
ductorem prædiorum vrbanorum, vt poſt
Neguzantium & Bart. probat Meno. de adi-
piſcen. rem.3. num.14.
Et ad huius ſimilitudinem cõpetit etiam 46
hoc interdictũ Saluianum cuicumque alio
creditori habenti bona, ſui debitoris obli-
gata, ex quauis alia cauſa, etiam pecuniaria,
ſiue expreſsè, ſiue tacitè, vt probant B. in
l.1. num.2. ff. de Saluia interdi. in illis verbis: &
etiam cuilibet creditori.) idem B. in l.1. q.1. C.
de precario, & Saluiano inter. ibi, creditori.) &
paulò poſt Angel. Areti. in §. idem Seruiana
num.6. inſtitu. de interdi. vbi in his ſcribit (ad-
uerte tamen, quòd cautus aduocatus num-
quam intentat hypothecariam, ſed vtile Sal-
uianum interdictum, quod competit cuili-
bet creditori, directum autem pro rebus co-
loni inuectis, & illatis, vtile pro rebus in-
quilini locatoris) hæc ille. Angelus alios ci-
tat, ita pro opinione Bart. reſpondit Alexan.
conſ.185. num.4. lib.6. idem tenet Neguzan. de
pignor. p.8. memb.1. num.6. & in memb.3. n.9.
ſentit Ripa in rubrica ff. de pignori. num.19. ibi,
vel aliorum debitorum. ſentit Baro. in §. adipi-
ſcendæ inſtitu. de interdictis.
Et licet ex Sarmiento de redditibus Eccle- 47
ſiaſt.3. p. cap.2. num.19. & ſeqq. & per Salicet.
& Bal. contrarium ſentiat Menoch. de adi-
piſcen. rem.3. à num.17. tamen ſuperiorem
Bar. opinionem, & ſequacium veriorem ar-
bitror, pro qua facit optimum, & elegans
conſilium Rolandi à Valle 14. volu.1. per to-
tum. vbi conſultus defendit, hoc interdi-
ctum Saluianum vtile competere cuidam
mulieri pro dote promiſſa contra tertios
poſſeſſores rerum tacitè hypothecatarum.
eam tenet etiam Viuius communi. opini. in 4.
opinione lib.2. tractatuum, vbi alios in id plu-
res citat tom.1. Petrus Surd. conſ.513. num.18.
& ſeqq. tom.4. vbi refert Rolandum. Rota per
Farinacium deciſ.183. per totam. 1. p.
Quare cùm hoc interdictum Saluianum 48
merè poſſeſſorium ſit, in quo quidem de
ſola poſſeſſione contenditur, & eſt reme-
dium ſummarium, actio autem hypotheca-
ria dicitur remedium petitorium, quia in ea
de iuribus pignoris, & hypothecæ conten-
ditur, & debet probari de dominio, vel quaſi
debitoris, at iſto vtens Saluiano, non tene-
tur neceſſe probare, & docere; quòd res
obligata fuit in bonis debitoris tempore fa- 49
ctæ obligationis, vel poſtea, ſed ſufficit pro-
bare, quòd debitor illam poſſideret, ſecus in
eo qui intentat hypothecariam, quia tene-
tur probare, quòd illa res fuerit in bonis de-
bitoris, nec in Saluiano interdicto tanquam
poſſeſſorio

50 poſſeſſorio & ſummario, poſſe opponi exce-
ptiones reſpicientes defectum pignoris, ma-
ximè vbi requirerent altiorem indaginem,
51 in hypothecaria ſic, de quibus & aliis pluri-
mis differentiis inter actionem hypotheca-
riam, & hoc Saluianum interdictum, & de
plurimis eius ſpecialitatibus, vide optimè &
latè per Nat. conſ.532. tom.2. per totum, egre-
giè etiam per Rolandum à Valle d. conſil.14.
per totum volum.1. Menoch. de adipiſ. rem.3.
per totum, vbi quid cõtinere debeat libellus,
quomodo ſententia concipienda, & de aliis
52 vide. & tandem ex his conſtat, ita ſe habere
hoc interdictũ Saluianum ad actionem hy-
pothecariam, ſicut remedium poſſeſſorium
ad petitorium, vt ſuprà.
53 Igitur meritò à ſententia lata pro credi-
tore intentante hoc remedium, tamquam
merè poſſeſſorium, appellationi interpoſitæ
non defertur, licèt à lata in actione hypo-
thecaria admittatur quoad vtrumque; ita
hanc concluſionem probant poſt Iſſ. Bart. &
Bald. Maran. de ordin. iud. 6. p. tit. de appella. nu.
309. B. in l.1. in fin. princ. ff. de Saluia. inter. &
in l.1. num.2. & ibi Salicet. verſ. quæro quintò
C. de precario & Saluia. inter. Alexan. conſ.73.
num.11. lib.5. Cæpol. cautel. 81. quando quis.
Angel. Areti. in §. item Seruian. num.9. & ibi
Gomez. de communi teſtatur, inſtit. de actio.
Corneus conſil.140. num.2. lib.1. Lancelo. de
attent. 2. p. c.12. limi.25. num.11. Menoch. d.
rem.3. num. 186. & poſt alios optimè Nat. d.
conſ.532. n.5. vol.2. Rolan. à Valle d. conſ.14. à
num.3. volu.1. Franciſ. Sarmien. in tractatu de
rediti. Eccleſ.3. p. c.2. num.26. ad fin. Neguz. in
tractatu de pigno. p.8. memb.1. num.3. Siluian.
conſil. 36. num. 2. & per Menoch. ita etiam
Gratian. in diſcepta. foren. c.103. à princ. tom.1.
quare aduerte aduocate, vt quoties ſeſe of-
ferat occaſio, hoc remedium intentes, quo
quidem multo commodiùs conſulis clien-
tulo.
54 Et quòd in interdicto vti poſſidetis reme-
dio ſcilicet retinendæ appellatio non ſit li-
cita, probant in ſpecie Butr. in c. tuam nu.14.
de ordin. cognit. Afflict. deciſ.269. Rebuff. in
commenta. ad conſtit. Galli. 3. tom. tit. de materijs
poſſ. art.7. glo.1. num.18. Corneus conſ.10. li.4.
Capicius deciſ.1. num.23. Menoch. de retinen.
55 poſſ. rem.3. num. 843. qui idem probat in re-
medio recuperandæ poſſeſſionis, vt non ap-
pelletur à mero poſſeſſorio, ibi, de recup. rem.
9. à num.316. cum ſeqq. Cæſar Contar. in d.
l. vni. in ampliatio. ſub num.10. C. ſi de momen.
poſſ. ſequitur Eſcacia de appella. quæſt.17. limi.
6. memb.5. à princ. vbi latè comprobat in ſin-
56 gulis retinẽdæ poſſeſſionis ſpeciebus dene-
gatam eſſe appellationem, prout in ſenten-
tia lata in interdicto, ne vis fiat ei num.1. &
in ſententia lata ſuper interdicto vtrobi, quę
vide num.2. & de ſententia ſuper vti poſſi-
detis, num.3. & ſuper interdicto de ſuperfi-
cie num.4. & interdicto de itinere, actúque
priuato num.5. de quo & de interdicto de
aqua quotidiana & æſtiua, tanquam haben-
tibus mixturam, vide ibi contrarium, & nos
inferiùs, & de interdicto de riuis n.7. & ge-
neraliter quòd in interdicto retinendæ non 57
cadat attentatum, tenent Hieronym. Man-
fred. de attenta. p.7. à n.33. plures citat Mier.
de maiora. 3. p. quæſt.25. ſub num.48. in 2. im-
preſſione. Gutier. canoni. q.34. n.88.
Et loquendo in interdicto recuperandæ 58
poſſeſſionis, vt non admittitur appellatio
ſuſpenſiua, vltra Doctores ſuperiùs relatos,
tenet Contard. in l. vnica, in ampliat. ſub n.34.
C. ſi de momen. poſſ. & num.8. verſ. continetur
cum num. ſeqq. & num.32. & limi.2. §.1. à n.3.
cum ſeqq. & num.8. gl.1. & Salicet. in l. momen-
tariæ num.4. verſ. tertia vtilitas erit. C. vnde vi.
Decius conſ.28. ſub num.4. colu.4. Rugi. tract. de
appell. §.2. cap.3. num.673. Eſcacia de appell.
quæſt.17. limi.6. memb.6. à prin. vbi per exten- 59
ſiones recenſet omnes, & ſingulas huius in-
terdicti ſpecies, vt in eis à lata ſententia ap-
pellatio denegetur, quem vide.
At quòd iure Regio in poſſeſſoriis ordi- 60
nariis aliud ſit dicẽdum, nempe ita demum
executionem permitti, cùm duæ ſententiæ
conformes latæ ſint, à quibus vlteriùs appel-
lare non licet, vt poſtea bene poſſit, firmant
Iacob. Sahagum in cap.1. num.78. de ſequeſtr.
poſſ. & fructuum. Anton. Gom. in l.45. Tauri
num. fi. ad fi. Couar. in practi. quæſt. cap.23. n.7.
quos referens ſequitur Felician. de cenſib.
lib.3. cap.1. num.11. ante fi. quod quidem mo-
dò non examino, ſed vide leges Regias qui-
bus fundantur, & ſecundùm eorum termi-
nos Doctores intelligi, verum tamen eſt,
quod in illis iudiciis ſummariiſſimis, de qui-
bus ſuprà & rem. l. fi. C. de edic. diui. appella-
tio non ſuſpendit, vt quotidie vulgò vide-
mus, & idẽ in Saluiano, ob eius ſpecialitates.
Et tandem pro comprobatione & iuſtifi- 61
catione huius regulæ propoſitæ adde, quòd
cùm à poſſeſſorijs ordinariis ſeu plenariis
appellatio non admittatur, multo minus
admittenda eſt in iudiciis illis ſummariiſſi-
mis præparatoriis ordinariorum poſſeſſorio-
rũ ex officio iudicis, iuxta l. æquiſſimum ff. de
vſufruct. de quibus nos latè ad prin. ſuprà, ita
hanc conſequentiam deducit Rolan. à Valle
conſ.8. num.34. & 35. volu.4. ex Alciato conſ.
386. Iſſ. in l. quod iuſſit num.29. de re iudicata
Couarru. in practi. quæſtio.17. n.7. Menoch.
de adipiſ. poſſ. rem.6. num.48. Brun. conſ.98. n.9.
Boërius in conſuetud. Biturig. §. 4. de iuriſd.
omni. iudi. Rebuff. in commenta. ad Reg. conſti.
tom.3.